

sententia capitalis quoad Didacum Duran fuit confirmata, quoad alium comutata poena verberum; & remigii in exilium sententia diei 16. Decembris 1666. & si licet investigare rationem decidendi tanti Senatus, ea meo iudicio fuit; nempe quod Didacus Duran fuerat tortus in caput proprium, & negativè perseveravit, sicque appellatio illius recepta cum negari non possit quod quæstio in negante purgat indicia, & minuit poenam, juxta leg. 4. tit. 30. part. 7. ubi Gregor Lopez docet Gomezius libro 3. var. cap. 13. numer. 28. & ibi Aillon plura congerens, quorum aliquos laudavi de regim. c. 8. §. 9. num. 94. quibus addendus Petr. Cabal. cas. 288. n. 20. & 25. Ludovicus verò reperiebatur minor viginti annorum, & participatio rei grassatæ erat modica post delictum, ex quibus res dubia visa fuit, juxta leg. auxilium, §. in delictis ff. de minor. l. 4. tit. fin. part. 6. leg. 9. tit. 17. ead. part. Anton. Gomez lib. 3. cap. 1. num. 62. & ibi Aillon & sic clarissimè apparet diversitas defensionis juxta dict. leg. si qui separavit, §. quo, ff. de appellat. ac per consequens quoad illos devoluta, & quoad istos appellatio recepta fuit.

Denique secunda species consultationis hujus generis, est quam ex inveniata Aulæ consuetudine fit, suas sententias capitales Regi Domino referendo ante illarum publicationem, quæ perficitur personaliter omnes Præfectos domus Regiæ & Curia ad Aulam Principis properando hora ad id per ipsum assignata; quo ille qui præsidet summariæ causam Principi refert, cum compendiosa probationis narratione, atque sententiæ deliberatæ substantia, quam exequendam esse declarat nisi per ipsum Regem aliud jubeatur. Qui tantum respondere solet: *Fiat Justitia.*

Quæ consuetudo ex eo deductam opinari possum, nempe cum in arduis ex dict. l. 19. tit. 23. part. 3. caveatur ne quid deliberetur in scio Principe ibi: *menos de aver acuerdo con el Rey.* ubi Gregor. Lopez, & Parlador. d. lib. 2. c. 1. num. 21. & nihil ita arduum reperiri possit sicut pronunciat de via hominis, ideo nostri majores, tum dispositioni dictæ legis parendo; tum etiam ob reverentiam ipsius Principis cujus familiares, & domesticæ Præfecti sumus, introductam hanc laudabilem consuetudinem re-

liquerunt, quod observatur si Rex in Curia reperitur: nam eo absente absque alia solemnitate, vel consultatione sententiæ capitales publicantur, & executioni mandantur, ut observatum videtur, & fuit in causa Lupi de Villarreal & aliorum qui ad poenam capitalem combustionis condemnati fuere in mense Junii anno 1660. ob falsificationem monetæ argenteæ; quo Rex noster absens reperiebatur ratione nuptiarum Regum Christianissimorum. Si verò Princeps aliqua ex causa impediatur, quo minus Audientiam publicam concedere possit, tunc similis consultatio fit in scriptis per Præsidentem Consilii, ut pariter vidi observari die 5. Octobris anni 1665. quod ob recens fanus Domini Regis Philippi, adhuc nostra Regina horum Regnorum Moderatrix, audientiam publicam non admisit, & medio prædicto fuit facta consultatio sententiæ capitalis deliberatæ in Ildephonsum Gonzales Barroso el Pardillo rñcupatum, & jussum quod executioni mandaretur. Sed postea commutatione poenæ per indultum cõsequutus fuit, ob interpositionem celebritatis acclamationis nostri Regis, & Domini Caroli II. quem Deus Optimus Maximus in omnibus protegat.

Et est admiratione dignum quod cum hæc stant in causis quæ in hac suprema criminum Aula per sententias capitales terminantur, quando per Cõfessorem vel alium Judicem inferiorem capitalis poena imponitur, vel quia causa ei devoluta fuit modo prædicto; vel quia sententia illius solemniter confirmatur appellatione recepta, nequaquam Princeps consultitur, nec illi aliqua relatio fit: bene verò si reus capitaliter plectitur per Aulam in gradu appellationis, qui mitiori poena condemnabatur per inferiorem, quia hoc casu Aula executioni mandat suam sententiam. Ratio disparitatis difficilis videtur, sed meo iudicio depromitur ex Text. in leg. solent 6. §. 1. ff. de offic. Proconsulib. *Legatos non oportet Principem consulere, sed Proconsulem suum: & is ad consultationes legatorum respondere:* quæ verba, quia perspicua explicatione non egent. Sed quare sic cautum? ratione superioritatis Proconsulis cuius erat majus imperium in Provincia post Principem l. ideo 8. ff. eod. tit. cum autem major jurisdictione quoad causas criminales in Curia post Principem

cipem in Aula resideat, ideo illa sola Principem in his consulit, inferiores verò ipsam Aulam; ex quo ipsius præ- eminentia fecerunt, eum species magna prærogativæ sit, ipsum Principem facie ad faciem consulere: eleganter ad rem Cassiodorus lib. 4. epist. 4. *In re quidem de se bene arbitrabitur estimatum, qui Regium meretur alloquium, quia dignitas est subiecti, affectus meruisse dominantis.*

## CONTROVERSIA IV.

De his qui sub nomine Justitiæ, ut pecunias extorqueant nequiter, causas criminales supponunt.

## SUMMARIUM.

- 1 Aula, delinquentium commune receptaculum.
- 2 Aulam quærentes quo sine ad eam ferantur.
- 3 Aula grandis meretrix integerrimos quosque corrupens.
- 4 Durum injuriam pati per quos auxilium sperabatur.
- 5 Regis nomine vim inferentes auriorebus armis utuntur.
- 6 Crimen concussionis sub nomine justitiæ frequens in Curia.
- 7 Qui potestatem aut Magistratum exercent, cum non sint, quod crimen committunt.
- 8 Crimen lese majestatis an isti committant, discutitur.
- 9 Alguazelli domus & Curia Regis potestatem & jurisdictionem obtinent.
- 10 Sayones tempore Regni Gothorum in Hispania qui dicebantur.
- 11 Jurisdictionem regiam usurpantes poena legis Julia majestatis tenentur.
- 12 Limitatio Farinacii proponitur in eo qui neminem morti tradidit.
- 13 Jurisdictionem usurpans & eo nomine leviora committens, poena falsi tenetur.
- 14 Apparitoris officium usurpans, licet solum teneatur poena falsi, tamen capitali poena plectitur per legem.
- 15 Causam supponentes Adulterii honeste nobilitate femina non leviora, sed graviora committunt.
- 16 Bona mobilia sub nomine justitiæ eripientes talam graviora pariter committunt.

mittunt.

- 17 Honoris detrimentum non est censenda minor injuria quam si vitam eriperent.
- 18 Jurisdictionem usurpans in his qua grave detrimentum inferunt, poena legis Julia tenetur.
- 19 Furtum simplex lex Regni capitali poena puniri in Curia mandat.
- 20 Poena hujus legis quanguam usu recepta non est in simplici furto, secus in rapina & violentia.
- 21 Falsicrimen in eo qui cum auctoritate non habet acta sive instrumenta conficit, quæ poena plectitur.
- 22 Poena capitali non est plectendus qui etiam si auctoritate scriba careat, rogat se de instrumentis qua aliam non continent falsitatem.
- 23 Secus si aliam falsitatem contineant.
- 24 Concussionis crimen regulariter per magistratus & officiales patitur.
- 25 Concussionis crimen committi potest per privatos.
- 26 Concussionis crimen regulariter puniuntur poenâ extraordinariâ, sed capitali puniri potest.
- 27 Crimina ex circumstantiis graviora redduntur.
- 28 Jurisdictionem usurpans ut teneatur poena legis Julia majestatis an debeat parari animo occupandi dominium.
- 29 Jurisdictionem usurpans non animo occupandi Dominium tenetur poena legis Julia de vi publica.
- 30 Qua procedant alio delicto non secus, secus si sequatur.
- 31 Apparitores aliquem capientes absque Judicis mandato, ut ab eo pecuniam extorqueant graviter puniendi sunt.
- 32 Apparitoris officium supponens, & similia faciens, gravius puniendus.
- 33 Decisiones Aula mitti rem sententiam sequentes.
- 34 Decidendi ratio in his speciebus.
- 35 Falsi poena hodie arbitraria est per leges Regni.
- 36 Apparitoris sive Alguazelli Regia domus & Curia officium usurpans, magnum officium usurpare dicitur, & num. 37.



UM ex multitudine gentium ad hanc supremam Hispaniæ Curiam affluente ex universis, hujus Monarchiæ Regnis, & totius Europæ sequatur, quod verè mari similis sit, ut dixerat D.D.L. laetæ, de Re Crim. Pars I. D. noster

noſter Alphonſus in leg. 28. tit. 9. part. 2. ubi Gregor. Lopez, quod & notaverat Azevedo in leg. 1. tit. 23. lib. 8. recopil. in princ. receptaculum commune delinquentium ſit; nam licet integerrimi viſi eam ſoveant, tamen purgamenta provinciarum in ea degere ſolent, ex quo reſultat quod plures malefactores, erroneſ, & vagabundi tamquam in nemore ntrico delictis Aulæ addicti, vitæ perſidæ operam dantes, ſubſtantiam quarunt per ſas neſaque; ob quod maleſicia, furta, rapinas, & extortiones excogitatas quotidiana experientia demonſtrat quorum plures in ea percunt, ut dixit idem Alphonſus *ibid.* e *algunas veçadas muere y con derecho beviendo el armadura de la Juſticia por los yerros que ſe çeron.* Quod perſpicue dixiſſe videtur Joachim Paſtor. in *libel* cui titulus *Aulicus inculpatus*, cap. 1. *ibi*: Illi qui fuerunt ad Aulas non eundem ſibi preſtunt ſinem. Alios eò ſpes commodi docet, alios honoris ſtudium. Quidam cupiditate aliis imperandi, quidam etiam belluandi, nocendi, facieſſende aliis deſiderio trahuntur. Cum enim hæc obtineſi facile non ſit, facilius in vitia dilabuntur: nam, ut ipſe dixit *ibid.* cap. 5. n. 3. *Aula grandis meretrix eſt, qua nonnunquam integerrimos, & illibatiſſimos virorum corrumpit.* Inter maleſicia quæ frequenter in hac Babylone patrantur ea eſſe ſolent, quod ſub nomine juſtitiz, ſupponendo ſe Apparitores, & Scribas Curiz pecunias nequiter per concuſſionem extorqueunt; cauſas criminales fingendo: quod quam deplorandum ſit, nemo eſt qui neſciat: nam inter miſerias hujus vitæ, quod calamitoſius reputatur, eſt pati injuriam ab eo per quem auxilium ſperabatur. Juſtitia enim eſt anima vivificans populum, ut ait idem Alphonſus in l. 5. tit. 1. part. 2. de quo plura per Patrem Velafquez de opt. Princ. lib. 4. adnot. 1. per tot. Quid enim miſerabilius, quam ſub ſpecie vitæ mortem haurire? Eleganter ut ſoler Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 27. *ibi*: *exaggerat enim culpam in contrarium verſa crudelitas; & miſus reatui pondus eſt inopinata deceptio.* Optimè Imperator in l. meminerint. Cod. unde vi. & in l. 1. in fin. C. de his qui ven. etat. & Summus Pontifex in cap. 2. 16. quæſt. 6. & in cap. penult. de pen. Trident. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 9. de jure noſtro Text. in l. 3. tit. 19. part. 2. pluribus Valenz. conf. 161. n. 85. & conf. 163. n. 140. Solors. de jur. Indiar. tom. 2.

lib. 2. cap. 24. num. 68. & in Politic. lib. 3. cap. 26. verſ. *T bien becharan dever.* Hinc ſequitur quod qui talia admiferint in leg. Jul. majeſt. in leg. Cornel. de falſ. & in leg. Juliam de vi publi. peccare dicantur, atrocius quidem ac ſi armis vim intuliſſent: nam ut dixit idem Alphonſus in leg. 4. tit. 10. part. 7. *ibi*: *Por que muy fuertes armas han para hacer mal aquellos que toman boz del Rey.* Non ſemel in Curia patratum vidimus hoc concuſſionis genus, privatos ſcilicet, qui poteſtatem vel officium minimè obtinentes, fingendo ſe miniſtros Curiz cauſas ſupponunt, caterationem ignominioſam minantur, ac tandem pecuniam extorqueunt ſub prætextu obnubilationis cauſarum.

Quod crimen de jure ſimiles committant in dubium deduci ſolet. Plures tenent crimen læſæ majeſtatis committere, qui textuali deciſione nituntur leg. 3. ſ. fin. ff. ad leg. Jul. majeſt. quo Martianns ait: *Quæve privatus pro poteſtate, magiſtrative quid ſciens dolo malo geſſerit*: cum enim enumerando illos qui in legem Juliam majeſtatis peccant, eos apponat qui magiſtratum, vel poteſtatem dolo malo geſſerint, privati cum ſint; clarè ſequitur hos de quibus loquimur hoc crimen admifſiſſe. Nam Apparitores ſive Alguazelli Regiz domus & Curiz, quorum officia uſurpant poteſtatem, & juſriſdictionem obtinere videntur, leg. 20. tit. 9. part. 2. ubi Gregor. Lopez. Iſti enim ſunt illi qui tempore Gothorum *Sayones* vocabantur. 16. tit. 1. lib. 2. for. jur. ubi Villadiego, num. 5. de quibus plura per Didacum Perez ad leges tit. 14. lib. 2. ordin. Probant eandem poteſtatem & juſriſdictionem l. 3. cum ſequentibus lib. 4. recopil. & Azevedo ad eas: & ſic quicumque privatus qui ſub nomine Alguazelli Curiz aliquid prætextu juſtitiz geſſerit, juſriſdictionem regiam uſurpat, crimen læſæ committit, ejuſque poena tenetur; nempe capitali, & confiscationis bonorum, ut probant Doctores, in diſt. leg. 3. Cuman. in l. 1. num. 1. & 2. ff. eod. tit. Capicium deciſ. 130. num. 8. Bajard. ad Clar. in §. læſæ majeſtatis, num. 2. verſ. *vigefimo quinta committitur.* cum aliis adductis per Farin. quæſt. 114. num. 4. Guid. Pap. deciſ. 423. Caballus caſ. 176. n. 6. & 10. Giurba conf. 92. num. 7. & 21. Anton. Matthæus lib. 48. ff. tit. 2. cap. 2. num. 17. ex noſtratis Aviles in cap. 1. Prator, gloſ. 1. num. 6. Avendaño in cap. 1. Prator, num. 33. ad fin. lib.

lib. 1. Azevedo in l. 1. tit. 6. l. 3. recopil. num. 1. & ſeqq. Villadiego in d. l. 16. tit. 1. lib. 2. for. judic. num. 4. Alponſ. Narbona in l. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. gloſ. 7. num. 33. & gloſ. 15. n. 27. apud quos plura. Hanc communem & generalem regulam, quam de jure certiffimam credo limitat, ut ſolet Farin. q. d. 134. num. 19. caſu quo, qui geſſit ſe pro magiſtrato, vel poteſtate aliquem morti minimè tradidit, ſed leviora quadam exercuit: nam hoc in caſu non teneri poena legis Juliz, ſed legis Corneliz de falſis, & ſic extra ordinem judicis arbitrio puniendum ſcripſit; ad quod probandum adducit Textum in l. probatorius 9. C. de divor. off. lib. 12. & l. fin. ff. de accuſat. Sed hic ultimus Textus de materia non loquitur: quare errori typorum tribuendum credo, cum Text. ſit l. fin. C. eod. tit. d. diverſ. off. lib. 12. ſive ita ſe habeat, ſive non, certiffimum eſt in d. l. fin. quod licet crimini falſi adſcribatur uſurpationis officii Apparitoris, tamen poena ultimi ſupplicii & confiscationis bonorum impoſita eſt, ut clarè dixit Imperator *ibi*: *non tantum amiſſione bonorum omnium, ſed etiam capitis periculo, ut poenè crimini falſitatis obnoxios ſentipſos eſſe plectendos*, quæ eſt eadem ac legis Juliz, notat Jacobus Cuiacius in his iuribus, & ſic deciſum reſtat Thor. in comp. deciſ. tom. 1. verb. *Pœna quantum ſit contra uſurpantes.* Ergo corrui limitatio propoſita, quia in Textu licet crimini falſitatis adſcribatur poena capitalis imponitur uſurpantibus hæc officia, ſimul cum amiſſione bonorum, & ſic non mitius puniuntur quamvis leviora exercuerint. Quæ quidem Text. diſpoſitio adaptari ſpeciebus in Aula emergentibus videbatur, quarum prima fuit in cauſa Lucæ Blanco, & Joannis Medina qui die 20. Junii anni 1659. ſupponentes, unum eſſe Apparitorem ſive Alguazellum Curiz, & alium ſcribam Aulæ, cuiſdam nobili & honeſtæ ſceminæ cauſam concubinatûs ſuppoſuerunt, qua cum ſcripta, unus ex illis fuit apprehenſus, in carcerare illam ducere tentarunt, & pecuniam ingentem, ſummam per concuſſionem extorquere conati fuere. Secunda in cauſa Alphonſi Romo, Blaſii Baraona, & Ludovici Hernandez, qui nobili etiam ſceminæ eriperunt, nomine Juſtitiz adhibito, ſuppelleſtialia ab ea recenter comparata die 21. Martii 1664. hora decima matutina, juxta Collegium ſanctæ D. D. Laur. Matthæi, de Re Crim. Pars I.

Catharinæ Oblatorum: ſupponendo in eam cauſam furti eorundem bonorum, in his inquam criminibus licet neminem morti tradidiſſent, non tamen leviora, ſed graviffima exercuerunt. In prima enim ſpecie ſceminæ honeſtæ ac nobili turpitudinem adulterii imponebant, ſamam ipſius, atque mariti notabiliter norando, quod in graviffimum damnum eorundem redundare eſt certo, certius; quia æquè gravius eſt, ac ſi vitam eriperent, *l. Juſt. ff. de manum. vindict. l. Julianus. ff. ſi quis em. cauſ. reſt.* de jure noſtro probat l. 4. tit. 13. part. 2. pluribus Dominus Valenzuel. conf. 128. num. 59. in ſecundo verò turpitudinem ſceminæ honeſtæ, & nobiliori irrogabant, & bona ſimul eriperunt cum effectu, licet de ſcriptura cauſæ ſuppoſitæ non conſtitit, ſed grave damnum ſubſecutum innegabile pariter eſt. Et quando grave damnum ex geſtis reſultat, poenam ultimi ſupplicii ſubintrā tenuerunt Aviles d. gloſ. 1. num. 6. Avendaño diſt. capite 1. num. 33. Villadiego in diſt. leg. 16. numero 4. Azevedo in diſt. l. 1. tit. 6. lib. 3. nu. 1. Giurba d. conf. 92. num. 21. Si enim ſimplex furtum commiſſum in Curia poena capitali plectendum, expoſcit l. 1. tit. 23. lib. 8. recopil. multo magis rapina, violentia, & concuſſio reſultans ex his delictis: & quanquam dicatur in ſimplici furto poenam capitalem uſu receptam non eſſe, ut docent Gregor. Lopez, Didacus Perez, & alii quos ſequitur Azevedo in d. l. 1. num. 55. qui tenet ad arbitrium judicantium relictum fuiſſe: in rapina, & violentia ſemper conſeclio procedit cum graviora crimina cenſentur, Text. in l. qui dolo 10. ff. de vi publi. l. 8. C. eod. l. 1. & 2. ff. de eſtractor. l. capitalium. §. graſatores. & §. famoſos. ff. de pen. cum aliis adductis per Ant. Marth. lib. 47. ff. tit. 2. c. 2. & lib. 48. tit. 4. c. 2. conſonant de jure noſtro l. 2. 4. & 8. tit. 10. part. 7. & ibi Gregor. Lopez Bene Ant. Gomez. d. lib. 3. var. c. 4. n. 1. & ibi Aillon plures de more addens.

Hæc quoad ſupponentem ſe eſſe Apparitorem, in eo verò qui cum ſcriba non eſſet illius officio uſus fuit, pariter ſine dubio procedit, ut cum Baldo & aliis plurimis tenuit Farin. q. 155. n. 13. & licet num. 14. dicat verius eſſe non teneri poena capitali, ſed arbitraria, id abſque dubio procedit quando qui tabellio non eſt rogat ſe de inſtrumentis quæ aliam non continent falſitatem, ut plu-

ribus dixi 2. *nom. de regim. cap. 8. §. 3. n. 35.* At in prima specie propolita instrumenta contincant plures falsitates, nempe suppositionem potestatis ad denuntiandum, suppositionem criminis, & suppositionem testium qui quidem non erant in rerum natura, ultra defectum auctoritatis ad conficiendum talia instrumenta, & quando continent aliam falsitatem præter defectum auctoritatis in conficiente capitali pœna puniri debent, ut tenuit Caballus *casu 66. n. 6. & casu 85. per tot.* Vincentius de Franquis *dec. 444.* & ibi omnes addentes. Marius Giurba *conf. 96. n. 25.*

Præterea concussionis crimen commissum in utroque casu fuit: nam, licet regulariter per Magistratus & officiales committi solet *l. & ibi Doctor. ff. de concuss. Farin. q. 111. n. 43. Augustin. Caput de regim. reipub. c. 7. §. 9. n. 35. Honorar. Mont. de regalib. c. de off. n. 70. Ant. Matth. d. lib. 47. tit. 7. c. 1. num. 2.* tamen committi posse per Privatam non habentem officium docent *glosa in l. 1. verb. ablatum, vers. quandoque sine officio, & ibi Bald. ff. de concuss. alii relatis Farinac. ubi prox. num. 46. Matthæus. ibid. n. 3. vers. de quo dixi, d. §. 3. n. 26. & quanquam regulariter pœna hujus criminis extraordinaria sit arbitrio Judicis relicta, ut ibi dixi, tamen aliquando pœna capitali plecti posse cum Ant. Matthæo tenui, qui *d. tit. 7. cap. 2. num. 1.* expressè docuit; & ratio est: nam hæc non solum patrantur in præjudicium partis principaliter læsæ, sed in officii reputationis perniciem, & bonorum ministrorum offensam, quæ qualitates delictum aggravant, ut probat Caball. *casu. 99. n. 56. & segg. l. cum ex circumstantiis crimina**

aggraventur, juxta *l. aut facta, & ibi communiter Doctores, ff. de pœn. cum aliis quæ adduxi ubi proxime num. 28.* ex quibus omnibus clarè concludendum venit similes reos capitali pœna plectendos esse.

Nec his obstat secunda limitatio Farinacii qui *d. q. 114. num. 20.* tradit tunc teneri reos hujus criminis pœna legis Julæ Majestatis, cum potestas aut jurisdictionis exerceret animo occupandi dominium, secus si eo animo non fiat, quia tunc non tenentur nisi de vi publica, vel lege Julia de ambitu: nam, ut ipse notat *ad finem illius inspectionis, hæc omnia procedunt alio delicto non secuto;* cum autem in his speciebus aliud delictum


secutum fuisse apparebat, ut dixi; & dolus in utraque esset patens: in prima enim specie crimen falsi in re tam gravi qualis est imputatio adulterii feminae honestæ, & qualificatæ cum læsione reputationis ipsius, & mariti; in secunda rapina bonorum perfecta fuit per violentiam, atque irrogatum falsò crimen furti feminae pariter honestæ, & nobiliori, cujus familia condecorabatur stemmate militaris Ordinis, & officio præminentis in Regia. Ex quibus pœnam capitalem imponendam aliqui ex iudicibus firmiter tenuerunt.

Quibus adstipulantur adducta per doctissimum Dominum Don Franciscum de Amaia in *l. prohibendum §. c. de jur. ff. lib. 10. num. 18.* quo docet Alguazellum aliquem capientem absque iudicis mandato (quod fingere solent, ut pecunias extorqueant) graviter puniendum esse pœna privationis perpetuæ, & exilii; quæ est mortis civilis. Quam magis qui cum Alguazellus non sit, non solum mandatum supponit, sed causam turpis criminis, atque in re tam gravi falsitatem committit: Et adducta per ipsum Amaia in *l. eorum 10. num. 10. eod. tit. & Larream allegat. ff. cal. 47. ex num. 5.* plura cumulantes in detestationem criminis reperundarum mirabiliter conducunt: nam si jura & Doctores ita sæviunt justissimè in veros administratos quando sub prætextu officii aliquid recipiunt, vel ab sponte dantibus, quid statuendum erit in eos qui officia non habentes prætextu officii rapinas patrare solent, violentias inducere, atque nequiter pecunias extorquere?

At in utraque specie mitior à majori parte judicantium amplexa fuit. Primò quia juxta doctrinam Farinac. *d. q. 114. num. 19.* crimen læsæ majestatis patratum non videbatur ex eo quod nemo morti traditus fuisset. Neque jurisdictionis fuit usurpata animo auferendi eam à Principe, ut ipse Farinacius notat *conf. 74. lib. 1.* Nec diù potestatem exercuisse apparebat, ut essemus in casu doctrinae Azevedo in *d. l. 1. tit. 6. lib. 3. recapitlat.* Secundò quia pro magistratu, seu potestate minimè se gesserunt, sed pro Apparitoribus qui juxta *d. l. 20. tit. 9. p. 2.* solum sunt executores Jussorum per magistratus; & quanquam Apparitoris officium gerens puniatur pœna falsi ex *d. l. fin. c. de divers. offic. lib. 12.* hæc pœna hodie non est ultimi supplicii, sed arbitria

bitraria à jure ex *l. majorem 4. l. ubi 22. l. damus 23. Cod. ad leg. Corneli. de fals. l. eos 27. §. qui se pro milite. ff. eod. ibi: pro admisi qualitate gravissimè puniendus.* Farin. *dict. quæst. 114. num. 19.* & latius *quæst. 150. ex num. 19.* de jure regni *l. 6. tit. 7. part. 7. Larrea allegat. 97. n. 1. & 10.* Quare rei condemnati fuerunt in prima specie in pœnam verberum, & remigii per sexennium sententiâ dici 4. Julii 1659. In secunda verò in eandem pœnam verberum & remigii per decennium sententiâ dici 1. Aprilis 1664.

Sed ego in his, & similibus numquam recederem à prima opinione, quia Doctores adducti per Azevedum ubi proxime, quoties magnum præjudicium sequitur clarè tenent pœnam capitalem juxta jura patriæ imponi debere: & dispositio *dict. l. fin. Cod. de divers. offic. lib. 12.* clarissimè pœnam ultimi supplicii imponit usurpantibus officia Apparitorum quod idem est, atque Alguazellorum Curia: nec hoc officium minimum dici potest, cum per Textum in *l. 8. tit. 20. part. 3.* magni titulo decoretur, docente Alphonso Rege ibi: *Quando ficere Alguazil de su casa de treinta maravedis. Camaguer gran lugar tenga, por que à gran trabajo è su renta es poca.* Et quando legem expressam habemus ab ea recedere sine crubescencia non est facile.



## CONTROVERSIA V.

De eo qui falsis Principis rescriptis falsisque Senatus Patrimonialis jussionibus, pecunias ad Fiscum spectantes interciperat.

## SUMMARIUM.

- 1 Falsi species proponitur.
- 2 Falsi pœna solum est exilii juxta leges Hispania.
- 3 Falsi pœna à jure arbitraria est.
- 4 Relatum non est in referente.
- 5 Nominis mutatio dolosa crimen falsi est.
- 6 Usurpatio potestatis, vel officii considerari nequit in eo qui non exercuit, sed solum vanum nomen assumpsit.
- 7 Computatores sunt Tabularii qui plerumque servi esse solebant.

D. D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars 1.

- 8 Intercipiens pecunias ex Arcariis, eos decipiens, non videtur intercipisse pecunias fisci.
- 9 Arcarii solventes virtute Jussionum illegitimarum, suo periculo solvunt.
- 10 Solvens virtute jussionis falsæ, vel non idoneo procuratori, non liberatur.
- 11 Usurpantes aliena officia extra ordinem puniuntur.
- 12 Falsi crimen jure antiquo pœna capitali plectebatur.
- 13 Lex Cornelia de falsis solum de testamentis à principio disponebat.
- 14 Senatusconsultum Libonianum dispositionem legis Cornelia extendit ad omnia instrumenta, sed non eadem pœna.
- 15 Falsi crimen ex magnitudine pœna capitali plectendum.
- 16 Gravissima punitionis dispositio pœnam capitalem includit.
- 17 Leges partiæ desumptæ à jure civili interpretande sunt juxta juris civilis interpretationem.
- 18 Criminum pœna ex qualitatibus & circumstantiis aggravanda.
- 19 Circumstantia aggravantes in hoc crimine perpenduntur.
- 20 Falsi pœna ex reiteratione exasperatur.
- 21 Falsitas relativè continens Regias jussiones non est simplex.
- 22 Falsitas nomine Regis facta continet crimen læsæ majestatis.
- 23 Falsitas in scriptura Principis pœna capitali plectenda.
- 24 Falsitas in scriptura Principis ut dicatur perfecta non requirit imitationem manus vel sigilli, aut bullæ.
- 25 Falsitas ut in scriptura Principis perfecta dicatur, sufficit quod nomine Principis fiat.
- 26 Falsitas in scriptura Principis pluribus modis committitur.
- 27 Falsitas ut puniatur tres requirit conditiones, & quæ sunt.
- 28 Dolus comprobatur ex mutatione veritatis animo capiendi lucrum cum jactura aliena.
- 29 Nocendi effectus comprobatus in judicialibus.
- 30 Usurpans titulum discussoris Regii potestatem usurpat.
- 31 Discussores Patrimonii sunt Regii Consiliarii illius Senatus.
- 32 Discussores rationum, sive Rationales, obtinent magnam potestatem.
- 33 Vicarii & officiales horum Magistratuum